

# CONCILIUM TICINENSE

In quo Carolus Calvus Imperator ab Ansperto Mediolani Archiepiscopo, & aliis Italici Regni Optimatibus in Italia Regem electus fuit.

**G**loriosissimo & à Deo coronato magno & pacifico Imperatori Domino nostro Carolo perpetuo Augusto. Nos quidem *Anspertus* cum omnibus Episcopis, Abbatibus, Comitibus, ac reliquis, qui nobiscum convenerunt Italici regni Optimates, quorum nomina generaliter subter habentur inserta, perpetuam optamus prosperitatem & pacem.

**J**am quia Divina pietas vos Beatorum Principum Apostolorum Petri & Pauli interventione per Vicarium ipsorum, Dominum videlicet Joannem Summum Pontificem & universalem Papam (1) vestrum ad profectum Sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque omnium incitavit, & ad Imperiale culmen Sancti Spiritus judicio provexit. Nos unanimiter vos protectorem, dominum ac defensorem omnium nostrum, & Italici regni Regem (2) eligimus, cui & gaudenter toto cordis affectu subdi gaudemus, & omnia, quæ nobiscum ad profectum totius Sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque omnium salutem decernitis & sancitis, totis viribus, annuente Christo, concordemente, & prompta voluntate observare promittimus.

Anspertus Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus subscripsi.

Joannes Sanctæ Aretinæ Ecclesiæ humilis Episcopus subscripsi. (3)

Joannes Episcopus Sanctæ Ticinensis Ecclesiæ subscripsi.

Benedictus Cremonensis Episcopus subscripsi.  
Theudolphus Tertonensis (4) Episcopus subscripsi.

Adalgaudus Vercellensis Episcopus subscripsi.  
Azo Eporedienensis Episcopus subscripsi.

Gerardus exiguus in exigua Laudensi (5) Ecclesia Episcopus subscripsi.

(1) Legendum *Patrem*, ut in omnibus editis hujus Concilii actis.

(2) Quæ diverso charactere in hoc capite signantur, nunc primum procedunt ex MSto Ambrosiano exemplari.

(3) In MSto Ambrosiano Fontana adnotavit: *Hic erat Nuncius Sedis Romanae*. Citra verum tamen, si de hac Synodo loquamur, neque enim ille se Legatum appellat, nec si id munus egisset, secundo post Anspertum loco se subscribere debuisset. Præterea nullum extat vestigium, quod Synodus ista coacta sit Pontificia auctoritate; quin immo ex epistolis ipsis Johannis VIII. colligi videtur, quod ipso inconsulto Concilium hoc celebraverit Anspertus; minatur enim eidem, epistola CLV. Labbeana editionis, Canonicas pœnas, si Carolomanno sese ab Italico Regno ob valeditudinis vitium expediente, de nova Regis electione extra Romanam Synodum ageret, aut Regem aliquem absque illius consensu reciperet; quod certè indicendum non erat tanto severa jussionis strepitu, si Ticinensis electio Caroli Calvi, annuente ipso, aut mandante peracta fuisset. Sed cur itaque Johannes Aretinus Episcopus subscripsit? P. Eustachius a Sancto Ubaldo in sua Dissertatione de *Metropoli Mediolanensi* ex hac ipsa Synodo arguit Aretinum Episcopum, sicuti & Florentinum hic pariter subscripsum, Insubricæ nostræ Me-

Hilduinus Astensis Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Leodoinus Mutinensis Episcopus subscripsi.  
Hildradus Albenis Episcopus subscripsi.

Ratbonus (6) Sedis Augustanæ Episcopus subscripsi.

Bodo humilis Sanctæ Aquenensis Ecclesiæ (Episcopus) subscripsi.

Sabbatinus Januensis (7) Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Filbertus (8) Comensis Episcopus subscripsi.  
Adelardus fervus fervorum Dei Veronenis Episcopus subscripsi.

Ego Paulus Sanctæ Placentinæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Ego Andreas Sanctæ Florentinæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Ragnienis (9) Abbas subscripsi.

Signum Bosonis inclyti Ducis, & Sacri Palatii Archiministri, atque Imperialis Missi.

Signum Ricardi Comitis.

Signum VValfredi Comitis.

Signum Luitfredi Comitis.

Signum Alberici Comitis.

Signum Supponis Comitis.

Signum Hardingi Comitis.

Signum Bodradi Comitis palatii.

Signum Caniberti Comitis.

Signum Bernardi Comitis.

Signum Airbolai Comitis.

*Juramentum Ansperti Archiepiscopi.* (10)

**S**ic promitto ego, quia de isto die in antea isti Seniori meo, (11) quamdiu vixero, fidelis & obediens & adjutor, quantumcumque plus & melius sciero, & potuero, & consilio & auxilio secundum meum ministerium in omnibus ero absque fraude & malo ingenio, & absque ulla doloitate vel seductione seu de-

tropoli tunc paruisse, contendit enim contra Ticinensis Ecclesiæ propugnatores, Synodum hanc Provinciale fuisse. Quæ ille ibidem argumenta in hanc rem cumulat, apud ipsum videat Lector num. 176. 249. & seqq.

(4) Lege *Terdonenis*, seu *Dertonensis*.

(5) Male in Harduino legitur *Laudunensis*, & *Laudicensis* in altero Concilio Ravennæ celebrato anno DCCCLXXVII.

(6) *Ratbornus* in Labbeo, aliiisque.

(7) Melius quam in Labbeo, aliiisque, apud quos legitur *Jenuensis*.

(8) Alii legunt *Eilbertus*.

(9) Sirmondo, & Labbeo *Raginerius*, Du-Chefne, & Balutio *Reginerius*.

(10) Eadem hac formula usus est Hinemarus Archiepiscopus, justus cum aliis Episcopis juramentum præstare Carolo Calvo, eaque relata est inter Acta Concilii Pontigonensis. A Pitheo inscribitur *Generale omnium Fidelium sacramentum*.

(11) Citra dubium est *Senioris* nomen hoc loco nihil aliud referre, quam *Dominum*; cuilibet enim vetera monumenta volventi passim occurrit hujusmodi appellatio ita accepta, & docet altera Synodus Ticinensis edita Tomo II. hujus collectionis pro electione, seu confirmatione VVidonis in Regem Italia. Ibi siquidem pluries ab Episcopis *Senior* vocatur.